



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Quilibet adprobatus absolutus ab Excommunicationibus non reseruatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

iurisdictionem aliam non habent
absoluendi, adeoque si excedant,
nec licetè, nec validè absoluunt,
sicuti nec ab excommunicatione,
quâ nominatim in specie quispi-
am excommunicatur, aut tan-
quam excommunicatus denun-
tiatur, ordinariè nemo potest ab-
soluere, nisi qui eam tulit, aut
eius Superior, successor, vel
quibus id specialiter committi-
tur, vti communiter docetur in
Cap. Nuper. de sentent. excomm. quod
valdè conducat ad disciplinam
Ecclesiasticam afferuandam, nè
alioqui Superiorum sententiæ
facile contemnantur. Hinc pu-
tat *Tann. d. 6. q. 10. dub. 6* priui-
legiatos non posse absoluere
ab Episcopo nominatim excom-
municatum & denuntiatum,
nisi detur eis specialis com-
missio.

IV. In foro interno cuiq; Paro-
cho

cho & Confessario adprobato, qui
à mortalibus potest peccatis [B]
potest etiam ab excommunicatio-
nibus iuris nulli reseruatis absolu-
uere. Ab excommunicationibus
autem reseruatis ordinaria potes-
tate & regulariter non nisi Epi-
scopus [B] & Pontifex [C] à re-
seruatis Sum. Pontifici solus Pon-
tifex [D]

[A] Communis apud Fill. tr. 13.
c. 7. num. 136. Et colligitur ex
Cap. Nuper. cit. [B] [C] patet
ex dictis. [D] Communis et sigil-
latim claret ex clausula Bullæ Cœ-
næ, ubi excommunicantur, qui si-
ne legitima facultate ob defectum
iurisdictionis præsumpserint con-
tra tenorem aliquem à Casibus
Bullæ absoluere, non tamen excom-
municatio reseruata uti benèsayr.
Thesauro l. 3. c. 25 num. 7. contra
Caiet. V. Excommunicatio. notat.
Suar. cit. d. 21. f. 3. num. 6. ex-
cusas

sat inadvertentia . aut ignorantia
non affectata. Non tamen exclu-
duntur legati cum constet sum:
Pontificem, nec moraliter posse nec
debere (idem de Episcopo, Prælato)
per se ipsum à Casibus sibi reserua-
tis absolvere.

V. In articulo mortis seu pro-
babili periculo quicunque Sacer-
dos potest excommunicatum ab-
soluere à quacunq; excommuni-
catione quantumuis reseruata :
cautione nimirum præstitâ iura-
toria vel pignoraticia seu fideiuf-
soria de stando mandatis Ecclesiæ
& satisfaciendo. Conc. Trid. sess. 14.
c. 7. atque ideo omnes Sacerdotes
etiam non adprobati quoslibet
pænitentes à quibusuis peccatis &
censuris absoluunt, vbi saltē propri-
us Sacerdos , aut qui ordinariâ ha-
bet iurisdictionem non adsit, vel
imparatus Non tantum q' odi iure
diuino (vti aliqui probabiliter
P docent)

, qui
[B]
atio.
sol-
ibus
ote-
Epi-
à re-
Pon-
. 13.
er ex
patel
sigil-
Cœ-
ui si-
dum
con-
sibus
com-
sayr.
ntra
otat.
.ex-
usas